



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

12. Dies Januarii. Tota vita mortalium, plena est peccatis mortalibus. D.  
Innocent. de contemptu mundi.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

sum accedes proprius : Cum antiquitate versaberis meditando, scribendo, legendo; horas utiliter distinguens, & dies duces, & in otio sacro occupaberis. Nihil enim simili otio negotiosius. Sic aestuantia multorum vota despicies, erigesque velut è nube caput, atque serena contemplaberis. Denique quam es intemperanter cupidus quietis, tam sis certus, nunquam frumentum te quiete, nisi ad amissum observes illud Allois Abbatis monitum : *Non habebit homo quietem, nisi dixerit in corde suo: Ego, & Deus, soli sumus in mundo.* Ergo ut quiescas,

*Vive Deo soli, quod amat caro, querere noli.*

## 12. DIES JANUARII.

Tota vita mortalium, plena est peccatis mortalibus. *D. Innocent. de contemptu mundi.*

Ad secessum Sti-  
muli,

I.

**H**ec tessera canit classicum, ad illum, quem suasi secessum. Quis enim vel se dolet peccasse, vel proponit non peccare, non fugiat ubi omnia sunt plena peccatis, vel peccandi periculis ? Quis securus sit illo loco, ubi Virtutis nullus est locus? Ubi exemplis malis, & consiliis pravis est imperium ? Ubi inveterata in malis consuetudo, lex est ? Quasi quidquid placet, deceat: quidquid delecat, expediat ? Quid in populari fremitu, & foensi strepitu reperias, nisi contentiones, adulteria, fraudes, injurias, furta, rapinas, homicidia ? Ubi sine gubernaculo est navigatio, sine baculo seneetus, sine freno juventus, sine duce cæcitas, sine solatio calamitas.

Jarnuar.

Tessera.

29

mitas. Habitant ibi cupidinarii, & lurcones, ganeones, & gnathones, quibus placet fornix & uncta papa-  
na. Ut ait Flaccus: habitant ibi (a) Blandiloquentuli,  
harpagones, mendaces, latebricolarum hominum corru-  
ptores, ut loquar cum Plauto. Ibi habitant circum-  
scriptores, mimi, fures, circulatores, sycophantæ, qui-  
bus omnibus unum est propositum, vel fallere, vel  
iucrari. Hoc te genus hominum excipiet in ipso urbis  
limine, hæ rerum imagines circumvolabunt, hæc ex-  
empla circumstrepent: unde labor tibi erit quin talis  
fias, quales cunctos inveneris.

II. Sic maxima pars mortalium, belluarum ritu  
in solum, & soli lutum declivi naturæ impetu prona,  
corpori obsequens, animi negligens, spiritum trahit  
inglorium, & anxium; ac licet subinde natura melior  
admoneat officii, ne aures præstet, strepitus ac popu-  
larium errorum fragor, ne audiat, impedit. Nesciunt  
quid agant, seque id nescire non nesciunt, neque dis-  
simulant. Cum nullis conveniunt, ut qui secum dissimilant:  
quos primo mane digressos ad invistum limen,  
vespera vix tandem revehit. Nesciunt inconsulti ho-  
mines quid agant; ideo quidquid agunt, mox ut cœ-  
perint, vergit in fastidium operis, in tedium tempo-  
ris, non agenda enim agunt. Hinc ille discursus sine  
termino, hinc medio calle discordia, & ante exitum  
damnata principia, & expleti nihil. Quærūt quomo-  
do diem fallant, & quasi parum sol ad occasum pro-  
peret, ingenio cursum juvant. Omnium vox est: Pel-  
lamus hanc diem, agamus aliquid, ut interim dies  
hæc transeat. Dum ita ipsis salutis dies transeunt, ipsi  
pereunt. Sic illi inter vina & epulas, inter rosas & un-  
guenta, inter cantus & spectacula, Baccho madidi,

(a) In trinutuo.

Venere

Venere sordidi, somno marcidi , delitiis languidi corporis lenociniis muliebriter effeminati, tœdio & voluptatibus defluentes , cum rerum natura perpetuò litigantes, secum rixantes, sic vivunt, ut nihil sit in omni ipsorum vita, miserius ipsâ vitâ.

III. O quâm tumultuosa est vita illius, qui quotidie cum difficultatibus rerum inquieto animo , & inter turbas turbulentio colluctatur ! Intra pectoris tui fines conclusus mundus insonat incôditis clamoribus, & insanis vociferationibus. Curarum multiplicitum fremitu , & negotiorum varietate, fluctuat animus , & reciproco æstu jactatur: qui tum demum è procellis civilium negotiorum, portum subit, dum curis ereptus , & solutus omni solicitudine, gaudet solitudine. Si, quod proprium est Christiano, investiges Christum, frustra illum quæris in foro. Quid enim est forum nisi area laborum , palæstra discriminum, scena fallaciarum, labyrinthus errorum, circulatorum ludus, causidicorum circus, spelæum ferarum: ubi quies est anxia, gaudium trepidum, conatus irritus, grata phrenesis, dulce virtus, inconsulta securitas; personata lætitia, larvata Justitia, confusus ordo, tumultuosa confusio, inops copia, dives inopia, honor inglorius. Audi super omnem ambrosiam suavitatem D. Ambrosii sermonem. (a) *Non in foro, non in plateis repertur Christus. Non est Christus circumforaneus : Christus enim est pax, in foro lites Christus Justitia, in foro iniquitas. Christus Operator est, in foro inane otium: Christus charitas est, in foro obiectatio : Christus fides est: in foro fraus, & perfidia. Christus in Ecclesia est, in foro idola.*

Illic ergò Christum quare ubi te quærit, in solitu-  
[a] *l. de Virg.* dine.

uar.  
guidi  
lio &  
erpe-  
il sit  
quo-  
o, &  
storis  
amo-  
ulti-  
Etua-  
num  
dum  
audet  
inve-  
Quid  
rimi-  
ircu-  
fera-  
natus  
secu-  
is or-  
opia  
n sua-  
foro,  
ristus  
o lites  
rator  
ro ob-  
fidia.  
olitu-  
dine.

Januar.

Tessera.

31

dine. Si tibi sapiat Jesus, omnia tibi desipient præter Jesum. Quia

*Dulcior est Jesus, quam quivis corporis eſus.*

### 13. DIES JANUARII.

Disce homo non diligere mundum, ut diligas Deum: Averte, ut convertaris.

*Gregor. disp. de temp. 507.*

Miseritiae I.  
Mundi.

**U**tin mundo ad tempus deseras mundum, suadebit tibi ipsa mundi calamitas, & eorum quæ sunt mundi, vanitas. Accipe illam ex calamo illius, qui mundum expertus, tandem omnia in mundo exosus, hisce coloribus ejus linamenta adumbravit. (a) *Heu infelicem mundum! heu miserum mundum! heu fraudulentum mundum!* Verum quotusquisque eorum qui de mundo queruntur, explicare potest, quis sit ille de quo queritur. Mundus in quo nascimur, vivimus, morimur, plurimum differt ab eo mundo, de quo querimur. Ut igitur rem ipsam explicemus, Mundus hic malus, nihil est aliud quam mundanorum vita mala, ubi loco terra est *Avaritia, ignis, cupiditas, aquæ inconstititia, aeris levitas & stultitia, petrarum superbìa, florum oblectamenta, arborum celsarum, cogitationes, maris profunditas, Quid multis? Mundi* hujus sol est prosperitas, luna continua mutabilitas. *Hic ergo, hic est mundus, hostis noster capitalis, amicus fraudulentus, qui assiduo nos labore defatigat, qui nostro nos thesauro spectat, qui se bonis formidabilem, improbis amabilem, prebet: honorum maxime*

(a) *Antoninus Imp. c. 42.*